

LESEN
124



Cc 432

1) Kuesbeck, Thomsen, Humpo
et Latinius

nebst 24 - 18]

Cc 432^a (1-21)

PKC



DISPUTATIO ETHICA
DE LIBERALI-
TATE:

Ex Aristotelis libris Ethicis desumpta:

Quam

GRATIA DIVINA ADSPI-
RANTE:

Præside

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO
VIRO: DN. M. LAURENTIO THOMA
VVALISERO: Philosophiæ Moralis Professo-
re fidelissimo: præceptore suo obser-
vandissimo:

In celeberrimâ ARGENTINENSIVM Acad:

Publici exercitii gratiâ discutiendam proponit

Mense Septembri

JOHANNES PHILIPPUS ZUCKMAN-
TEL à BRUMAT.

ARGENTORATI,

Excudebat Carolus Kieffer, Junior.

ANNO MDLXVI.



Laurentius Thomms

ILLUSTRISSIMIS PRINCIPIBUS
AC DOMINIS:

D. ADOLPHO FRI-
DERICO, ET D. JOHANNI ALBER-
TO; FRATRIBUS GERMANIS:

DUCIBUS MEGAPOLI-
TANIS, PRINCIPIBUS VANDALIÆ, CO-
mitibus Suerinensium, Dynastis Rostochii
& Stargardie, &c.

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS:

Disputationem hanc Ethicam;

In quaecunque debitæ animi submissionis &
observantiæ signum,

Humilimè dedicat & offert

Johannes Philippus Zuckmantel
à Brumat.



DISPUTATIONIS

DE LIBERALITATE

THESIS I.



Uoniam LIBERALITATE nihil est natura hominis accommodatius: teste Cicero-
ne lib. 1. Offic. f. 9. maximè si consideretur ra-
tione *ἡνθρωπείας πολιτικῆς* communionis civilis:
ad quam potissimum ille natus est: ut ex lib. 1. Eth. c. 7. &
lib. 9. c. 9. & lib. 1. Polit. c. 2. & lib. 3. c. 6. & lib. 2. Magn. Mor. c.
15. & lib. 7. Eudem. c. 1. videre licet: idcirco illa maximo-
perè consideranda ei esse videtur.

II.

Non autem commodius considerare eam potest,
quàm si CAUSA S ejus cognoscat. Causæ enim ad co-
gnitionem rei alicujus nos deducunt: quandoquidem
Scire, est rem per causas cognoscere: ut docet Aristote-
les lib. 1. post. Analyt. c. 2. t. 5. & lib. 2. c. 11. t. 11. & lib. 1. Physic. c. 1.
t. 1. & lib. 2. c. 3. t. 27. & lib. 4. majore Metaphys. c. 3.

III.

CAUSARUM verò genera sunt QUATUOR: ut Idè
ostendit lib. 2. post. Analyt. c. 11. t. 11. & lib. 2. Phys. c. 3. t. 28. &
seqq. & c. 7. t. 68. & lib. 1. de Part. Animal. c. 1. & lib. 4. majore
Metaphys. c. 3. & lib. 8. c. 2. t. 2. & lib. 4. c. 4. t. 12. & lib. 4. c. 4.
t. 23. MATERIA, FORMA, EFFICIENS, & FINIS.

IV.

Ut igitur LIBERALITATIS quoque naturam &
proprietas Nos cognoscere possimus: CAUSA S ejus,
& quidem *θετικῶς* considerabimus; easque ad disputan-

dum proponemus. Hac enim ratione veritas earum magis innotescet: cum dubiorum solutio veritatis sit inquisitio: *ut Philosophus lib.7.Eth. c.2. & lib.β' Metaphys.c. 1.t.1. & lib.2.M.M.c.6. docet*: ac controvertentium redargutione rationes contrariae demonstrantur: *quemadmodum Idem lib.1.Eud.c.3. & lib.1.de Cælo c.10.t.101. tradit.*

V.

Licet autem variè à variis illarū institui ordo soleat: Nos tamen hac in συζητήσει eum sequemur, quem Aristoteles *lib.2.Phys.c.3.t.28. & seqq. & lib.δ' Metaphys.c.2.t.2. agnoscit*: ac propterea à *MATERIA* ad *FORMAM*, ab hac ad *EFFICIENTEM* causam, indè ad *FINEM* progrediemur.

VI.

MATERIAM igitur primò quod attinet: videtur illa, secundum Aristotelem, *TRIPLEX* potissimum esse. *Alia* enim dicitur *Materia EX QUÀ* aliquid fit: ut ex ære fit statua: *quemadmodum lib.2.Phys.c.3.t.28. & lib.1.de generat. Animal.c.18. & lib.δ' Metaphys.c.2.t.2. & c.24.t.29. & alibi, tradit*: quæ propriè ὕλη *MATERIA* nominatur: *ut tum in locis modò citatis, tum etiam lib.1.Phys.c.9.t.82. & lib.1.de Partib. Animal.c.1. & lib.ζ' Metaphys.c.3.t.7. & lib.λ. c.2.t.12. & alibi, affirmat.* *Alia IN QUÀ* aliquid existit aut subsistit: ut in animo sunt affectiones, facultates, & habitus: *quemadmodum docet lib.2.Eth.c.5. & lib.1.M.M.c.7. & lib.2.Eud.c.1. & 2.* quæ certo nomine ὑποκείμενον *SUBJECTUM* vocatur: *ut monet lib. Prædic.c.2.* *Alia* denique *CIRCA QUAM* aliquid versatur: ut circa τὸ αἰσθητὸν sensibile, sensus; circa τὸ ἐπιστητὸν scibile, scientia; & circa τὸ νοητὸν, quod intelligentiâ comprehendi potest, intellectus versatur: *quemadmodum lib. Prædic.c.7. & lib.1. de Animo c.1.t.10. & lib.3.c.4. indicat*: quæ aliàs ἀπὸ αἰσθητῶν *OBJECTUM*

LECTUM nuncupatur: *ut lib. 1. de Animo c. 1. t. 10. & lib. 2. c. 4. t. 33. ostendit.*

VII.

Materia Liberalitatis EX QUA, analogicè sunt *SINGULA* facta Liberalia: quæ consistunt in dando & accipiendo, ac mediocritatem conjunctam habent. *Ἐκ γὰρ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται*, Ex sui similibus actionibus habitus fiunt: *ut videre licet ex lib. 2. Eth. c. 1.* Nam, ut actiones fortes Fortitudinis, temperatæ Temperantiæ, justæ Justitiæ; ita quoq; liberales Liberalitatis habitum constituunt: *quemadmodum in modo citato cap. traditur.* De similibus enim idem est ferendum judicium: *ut constat ex lib. 2. Top. c. 4. l. 32.*

VIII.

Materia Liberalitatis IN QUA, sive *SUBJECTUM* ejus, duplex est: *GENERALE aliud & COMMUNE; aliud SPECIALE ac PROPRIUM. GENERALE & COMMUNE est HOMO.* Virtus enim moralis, cujus species est *LIBERALITAS*, *ut patet ex lib. 1. Eth. c. 13. & 2. c. 7. & 4. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 24. & lib. 2. Eud. c. 3. & lib. 3. c. 4.* non minùs ac intellectualis, hominis est propria: *ut traditur lib. 2. Eth. c. 6.* ubi dicitur *ἕξις ἀφ' ἧς ἀγαθὸς αὐθροπὸς γίνεται* habitus quo homo bonus efficitur. Competit autem homini, non ratione Corporis, sed ratione *ANIMI*: quoniam Beatitudo, quæ actio secundum Virtutem dicitur, *lib. 1. Eth. c. 7. 8. 9. 10. & 13. & lib. 7. c. 13. & lib. 9. c. 9. & lib. 10. c. 6. & lib. 1. M. M. c. 4. & lib. 2. Eud. c. 1. & alibi*, non actio appellatur secundum Virtutem Corporis, sed Animi: *lib. 1. Eth. c. 7. & 13. & lib. 1. M. M. c. 4. & lib. 2. Eud. c. 1.* Unde etiam in Animo virtutes esse dicuntur: *lib. 1. Eth. c. 13. & lib. 2. c. 5. & lib. 6. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 1. & 4. & lib. 2. Eudem. c. 1. & in libello de Virtutib.*

IX.

SPECIALI AC PROPRIUM, est ea Animi humani facultas, quæ ἄλογος *IRRATIONALIS* dicitur: *lib. I. Eth. c. 13. & lib. 6. c. 1. & lib. I. M. M. c. 15. & 35.* Rationi tamen interim obtemperat: *ut patet ex lib. I. Eth. c. 7. & 13. & lib. 2. Eud. c. 1.* non secus ac filius patri: *ut lib. I. Eth. c. 13. traditur.* Est autem facultas hæc, eatenus tantum ejus subiectum, quatenus ἐπιθυμία *CUPIDITATEM* in se habet; inde que ἐπιθυμητικὴ *CONCUPISCIBILIS* dicitur; *lib. I. Eth. c. 13. & in libell. de virtutib.* Liberalitas enim Cupiditatem hominis ratione Pecuniarum moderatur: *ut constat ex lib. 4. Eth. c. 1.*

X.

Materia denique Liberalitatis *CIRCA QUAM*, seu *OBIECTUM*, duplex quoque est: *INTERNUM aliud, & aliud EXTERNUM.* *INTERNUM* iterum est duplex: *COMMUNE aliud, aliud PROPRIUM.*

XI.

COMMUNE Liberalitatis *OBIECTUM*, sunt εὐδαιμονία καὶ ἡλύπη *VOLUPTAS & DOLOR.* Hæc enim duo ei convenire, perspicitur *ex lib. 4. Eth. c. 1.* Esse autem eidem cum aliis virtutibus moralibus illa communia, *ex lib. 2. Eth. c. 3. & lib. 7. c. 11. & lib. I. M. M. c. 6. & 8. & lib. 2. Eud. c. 2. 4. & 5. & lib. 7. Phys. c. 3. t. 19. & locis aliis,* est manifestum.

XII.

PROPRIUM, est *CUPIDITAS* seu *DESIDERIUM PECUNIARUM*: ita tamen, ut non ad omnes, sed quasdam saltem, illud sese extendat: & consideretur ratione usus, qui in dando & accipiendo cernitur: *quemadmodum colligere licet ex lib. 4. Eth. c. 1. 2. & 4. & l. I. M. M. c. 24. & 25. & lib. 3. Eudem. c. 4. & libell. de virtutibus.*

EXTER-

XIII.

EXTERNUM, sunt τὰ χεῖματα *PECUNIÆ*: ut patet ex lib. 2. *Eth.* c. 7. & lib. 4. c. 1. 2. & 4. & lib. 1. *M. M.* c. 24. & 25. & l. 3. *Eud.* c. 4. & libell. de virtut. & lib. 1. *Rhet.* c. 9. Neq; verò ἀπλῶς simpliciter & absolutè; sed κατὰ τὴν secundum quid, hoc est, ratione δόσεως καὶ λήψεως *DATIONIS & ACCEPTATIONIS*: idque tribus potissimum de causis.

XIV.

Primò; quia Liberalis laudatur, non propter pericula & mortem bellicam; circa quam vir Fortis versatur: quemadmodum videre licet ex lib. 3. *Eth.* c. 6. 7. 8. & 9. & lib. 4. c. 1. & lib. 1. *M. M.* c. 21. & lib. 3. *Eud.* c. 1. & libell. de virtut. & lib. 1. *Rhet.* c. 9. nec propter voluptates & dolores gustus & tactus; in quibus moderandis Temperans cernitur: ut lib. 2. *Eth.* c. 7. & lib. 3. c. 10. 11. & 12. & l. 7. c. 4. & 5. & l. 1. *M. M.* c. 22. & lib. 3. *Eud.* c. 2. & in libell. de virtut. docetur: nec propter judicia & forensia negotia alia; utpotè distributionem præmiorum & commutationem rerum; in quibus rectè instituendis Justus officium conspicitur: ut patet ex lib. 5. *Eth.* c. 3. 4. & 5. & lib. 1. *M. M.* c. 34. & libell. de virtut. sed quia περὶ τὴν τῶν χρημάτων δόσιν καὶ λῆσιν circa *DATIONEM & ACCEPTIONEM PECUNIARUM* est occupatus: ut habetur lib. 2. *Eth.* c. 7. & lib. 4. c. 1. 2. & 4. & lib. 1. *M. M.* c. 24. & in libello de virtut.

XV.

Deindè, quia Liberalitatis quoque extrema circa has actiones versantur: licet plus aut minus quàm decet, iis studeant: & ita in modo agendi à Liberalitate differant: ut perspicitur ex lib. 2. *Eth.* c. 7. & lib. 4. c. 1. & lib. 1. *M. M.* c. 24. & 25. & lib. 3. *Eudem.* c. 4. & libell. de virtut.

XVI.

Tùm, quia in pecuniarum recto usu Liberalitas conspicitur: quemadmodum lib. 4. *Eth.* c. 1. Philosophus indicat:
usus

usus autem ille in dando & accipiendo consistit: *ut colligere licet ex lib. 2. Eth. c. 7. & lib. 4. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 24.* Liberalitas enim ostendit, quo pacto rectè quis pecuniis uti possit: *ut affirmat. Aristoteles lib. 4. Eth. c. 1.*

XVII.

Intelliguntur autem per τὰ χρήματα **PECUNIAS** hoc in loco, non nummi tantum, qui νόμος καὶ κατὰ συνθήκην lege & ex pacto sunt constituti: *ut Philosophus lib. 5. Eth. c. 5. tradit: sed πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομισματι μετρεῖται,* omnia quorum æstimatione nummo ponderatur: *ut Idem lib. 4. Eth. c. 1. monet.* Pecuniæ enim nomine non solum numeratam pecuniam, sed omnes res, tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam jura contineri; *ex l. 222. ff. de Verbor. significat.* est manifestum.

XVIII.

Ne verò putemus, circa omnem omnium pecuniarum dationem & acceptionem Liberalitatem versari: sciendum est *ex lib. 2. Eth. c. 7. & lib. 4. c. 2. & 4.* quod τὰ χρήματα διπλότητι habeant: & *alia* dicantur μεγάλα: μικρὰ ἢ μέτρια *alia*: hoc est, **PECUNIÆ** sint **DUPLEXES**: & *alia* statuuntur **MAGNÆ**: **PARVÆ** ac **MEDIOCRES** *alia*: ac propterea Liberalitas in **PARVIS** tantum ac **MEDIOCRIBUS**, ratione dationis & acceptionis, sit moderandis occupata: *ut expressè in locis modò citatis docetur.*

XIX.

Imò, ne circa δδσιν quidem καὶ λήψιν dationem & acceptionem pecuniarum parvarum ac mediocrium ὁμοίως **PARITER** versatur: sed μάλλον ἐν τῇ δδσει **POTIUS** in **DATIONE** earundem, quam τῇ λήψει acceptione, est occupata. Est enim Liberalis potius, quibus decet dare, quam undè licet accipere: *teste Aristotele lib. 4. Eth. c. 1.*

Rationes

XX.

Rationeshujus *Sex* maximè sunt. Nam *Primò* Virtutis magis est *ἢ πρὸς ἄλλους ἢ εἰς ἑαυτὸν*, benè aliis facere, quàm pati sibi ab iis benè fieri: *ut apparet ex lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 8. c. 13. & lib. 1. Rhet. c. 9.* Dubium autem non est, quin, si quis det, sequatur ut beneficiat: sin autem accipiat, sibi beneficiat: *ut traditur c. 1. lib. 4. Eth. modò citati.*

XXI.

Deindè, donationi magis quàm acceptioni gratia debetur: cùm homines putèt magis sese iis esse obligatos, à quibus acceperint, quàm quibus dederint beneficia: *quemadmodum lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 8. c. 13. & lib. 9. c. 7. docetur.*

XXII.

Tùm, Virtutis laus maximè propria est: *ut constat ex lib. 1. Eth. c. 12. & lib. 2. c. 6. & lib. 1. M. M. c. 2. & 9. & lib. 2. Eud. c. 1. & lib. 1. Rhet. c. 9.* Laudabilius autem est dare, quàm accipere: cùm illud sit *τὸ ὑπερέχοντος*, excellentis & superioris: hoc autem *τὸ ὑπερέχουμένου*, ejus qui excellitur, & inferioris: *quemadmodum lib. 4. Eth. c. 3. habetur.*

XXIII.

Quartò, Virtus versatur circa difficiliora: *ut monet Philosophus lib. 2. Eth. c. 3. & lib. 1. M. M. c. 9.* Difficilius autem est dare quàm accipere: cùm multò minùs suum profunderè, quàm ab aliis quid accipere homines cupiant: *quemadmodum lib. 4. Eth. c. 1. scribit.*

XXIV.

Quintò, propter *δῶσαν* dationem communiter homines dicuntur Liberales, non pariter propter *λήψαν* acceptionem: *ut ex cap. modò allegato lib. 4. Eth. constat.* Communis autem sententia temerè improbanda non est: cùm non in totum vane scat fama per orbem, quam po-

pulus celebrat: *ut lib. 7. Eth. c. 13. ex Hesiodi lib. 2. Oper. & dier. Aristoteles ostendit.*

XXV.

Postremò, Virtutis est maximè prodesse: *quemadmodum traditur lib. 8. Eth. c. 13. & lib. 1. Rhet. c. 9. τὸ δίδναι* Dare autem maximè aliis prodest, non æquè τὸ λαμβάνειν accipere. Nam si beneficio aliquem affecerimus, utilitatem inde percipit: quòd si verò nos ab eo beneficium acceperimus, non pariter hoc ei prodest: *ut colligere licet ex lib. 4. Eth. c. 1.*

XXVI.

Atque hæc de **M A T E R I A** Liberalitatis *triplici* sint dicta: sequitur, de **F O R M A** ejus ut agamus: cum hæc illi juncta Liberalitatem maximè constituat: & sine illâ non existat: imò per illam etiam Liberalitas definiatur.

XXVII.

In hac autem *Duo* potissimum sunt consideranda: τὸ ὄνομα, **N O M E N**, & ὁ τῆς ἑστίας λόγος **D E F I N I T I O** **E S S E N T I A L I S**, Forma enim, *ut Logici testantur*, dat nomen & esse rei.

XXVIII.

N O M E N ergò *Primò* quòd attinet, est illud considerandum ideò, quia ὁμωνυμίαν **Æ Q U I V O C A T I O N E M** quandam habet. Est autem *χρήσιμον τὸ ποσαχῶς λίγιστῶ ἐπισκίψαι πρὸς τὸ σαφές*: utile ad perspicuitatem, considerare quot modis quidq; dicatur: *ut lib. 1. Topic. c. 14. Philosophus affirmat.*

XXIX.

Sumitur autem vocabulum **L I B E R A L I T A T I S** ab eodem in *duplici* maximè significatione. *Vel G E N E R A T I M & C O M M U N I T E R* pro Virtute que in omnes pecuniarum actiones sese diffundit: & tam circa magnarum quàm parvarum ac mediocrium pecuniarum actiones versatur: *ut patet ex c. 1. & 2. lib. 4. Ethic.*

Qua

Qua in significatione Magnificentiam quoque sub se comprehendit. Hinc enim *in modo citato secundo cap.* dicitur, quòd omnis Magnificus sit Liberalis: non contrà omnis liberalis Magnificus.

XXX.

Vel SPECIATIM & PROPRIE pro eâ Virtute Morali, quæ saltem circa actiones *μικρῶν καὶ μετρίων χρημάτων*, parvarum & mediocrium pecuniarum est occupata. Qua in significatione maximè sumitur *lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 24. & lib. 2. Eud. c. 3. & lib. 3. c. 4. & lib. 1. Rhet. c. 9. & alibi.* Quæ etiam, *ut ex th. 18. perspicitur*, nostri est instituti propria.

XXXI.

Neque verò propter *ὁμωνυμίαν* æquivocationem tantum, Liberalitatis est nomen considerandum: verum etiam propter *ἰτυμολογίαν* NOTATIONEM suam: quæ *ἰνοματώδη* NOMINALEM cōstituit DEFINITIONEM: *ut ex Aristotelis lib. 2. Post. Analyt. c. 10. t. 9. patet:* quam Galenus *lib. 4. de differentiis pulsuum c. 2. ἰνοσημικήν* NOTATIONIS appellat.

XXXII.

Dicitur ergò ratione nominis Græci Liberalitas *ἐλευθερίτης*, ἀπὸ τῆς ἐλευθερίας à LIBERTATE: quoniam *vel* Libero est homine digna: *vel* à servitute divitiarum in libertatem nos asserit. Hinc enim Aristoteles quoque *lib. 3. Eud. c. 6.* tradit: quòd aliquis sit *ἐλευθερός* Liberalis, *ὅταν ἐλευθερός* quandoliber,

XXXIII.

Secundò verò Liberalitatis est ESSENTIALIS perpendēda DEFINITIO. Est autē hęc duplex rursus: *alia* *ἁπλή* simplex: eaq; rursus *vel* *ὕλική* MATERIALIS: *vel* *ἁδική* FORMALIS: *alia* *σύνθετος* COMPOSITA: *ut tradit Aristoteles lib 2. Post. Analyt. cap. 10. t. 9. & 10.*

B 2

XXXIV.

Quoad *MATERIAM* itaq; primò seu *OBIECTUM*:
definitur Liberalitas *lib. 4. Eth. c. 1. ab initio*, μισότης περί τὰ χρέ-
ματα: *mediocritas circa pecunias*. Paulò clariùs verò, *lib. 2.*
Eth. c. 7. & c. 1. modò citato lib. 4. μισότης περί δόσιν χρημάτων καὶ λή-
ψιν: *mediocritas circa pecuniarum dationem & acceptionem.*

XXXV.

Liberalis autem ὁ ἐλευθεριότης definitur *lib. 4. Eth. c. 1.*
ὁ ἔχων τὴν περί τὰ χρέματα ἀρετὴν: *qui virtutem habet, qua circa pe-*
cunias versatur: & ὁ ἀεὶ τὰ χρέματα τῷ πλείστῳ: qui optimè utitur
divitiis: & ὁ δαπανῶν κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς ἃ δᾶ: qui sumptus facit pro
facultatibus, in quas res oportet.

XXXVI.

Quoniam autē non circa quasvis pecunias Liberali-
tas versatur, *ut th. 18. dictum*: idcirco ut à Magnificentia
expressè illa quoad definitionem distinguatur, hac vi-
detur ratione, respectu *MATERIÆ & OBIECTI*,
definiri posse: ἡ ἐλευθεριότης ἐστὶν ἀρετὴ ἡθικὴ περί χρημάτων μικρῶν ἢ με-
σίων δόσιν καὶ λήψιν: *Liberalitas est virtus moralis circa pecunia-*
rum parvarum & mediocrium dationem & acceptionem.
Hanc enim definitionem ipse etiam Aristoteles *lib. 2.*
Eth. c. 7. & lib. 4. c. 2. & 4. agnoscere videtur.

XXXVII.

Neque verò cum hac definitione illa pugnat, si rectè
intelligatur, *qua lib. 3. Eudem. c. 4. ab Eodem adfertur*: qua
Liberalitas definitur μισότης περί χρημάτων (μικρῶν ἢ μετρίων) κτή-
σιν καὶ ἀποβολήν: *mediocritas circa pecuniarum (parvarum seu*
mediocrium) acquisitionem & amissionem: & Liberalis,
ὁ κτήσεται μὲν πάντῃ χαίρων, ἀποβολῇ δὲ πάντῃ λυπέμενος ὡς δεῖ: qui omni ac-
quisitione gaudet, omniq; amissione dolet, ut oportet. Primò
enim μισότης *mediocritas aliud nihil denotat quàm, ἀρετὴν*
ἡθικὴν Virtutem moralem: siquidem hæc κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ τὸν
λόγον, τὸν τί ἢν ἄναγ λέγονται. naturâ suâ & definitione, qua quid
sit, ex-

fit explicatur, μεσότης mediocritas dicitur: ut lib. 2. Ethic. c. 6. Aristoteles docet. Deinde κτήσις acquisitio respicit λήψιν acceptionem: ἀποβολή amissio autem δόσιν dationem. Quī enim alicundè accipit, is rem suam familiarē auget, & acquirit undè benignus esse possit: qui autem de suis alicui quid dat & largitur, is partem aliquam amittere videtur.

XXXVIII.

Secundò, quoad FORMAM, definitur Liberalitas lib. 1. M. M. c. 24. & lib. 3. Eud. c. 4. μεσότης ἀσωτίας καὶ ἀνελθρείας: *Mediocritas inter Prodigalitatem & Avaritiam.* Est enim μεσότης MEDIOCRITAS forma & essentia Virtutū Moralium: ut ex precedenti thesi patet: hæc autem inter Duo consistit extrema: quemadmodum ex lib. 2. Eth. c. 6. 7. & 8. & lib. 1. M. M. c. 8. & lib. 2. Eudem. c. 3. & locis aliis est perspicuum. Liberalis autem definitur lib. 1. M. M. c. 24. ὁ ἀνελθίσκων εἰς ἄδρα, καὶ ὅσα δῶ, καὶ ὅτε δῶ: *qui exponit in qua, et quā- tum, & quando est exponendum.*

XXXIX.

Tertiò, ratione MATERIÆ & FORMÆ simul, hoc est, DEFINITIONE COMPOSITA; definitur Liberalitas lib. 3. Eudem. c. 4. μεσότης ἀσωτίας καὶ ἀνελθρείας περὶ χρημάτων κτήσιν καὶ ἀποβολήν: *mediocritas inter Prodigalitatem & Avaritiam, circa pecuniarum acquisitionem et amissionem.* Cui definitioni talis videtur secundum Aristotelē ex lib. 2. Eth. c. 7. & lib. 4. c. 1. 2. & 4. & lib. 1. M. M. c. 24. & lib. 3. Eud. c. 4. addi posse: ἡ ἐλθρείτης ἐστὶ μεσότης ἀσωτίας καὶ ἀνελθρείας περὶ χρημάτων μικρῶν ἢ μετρίων δόσιν καὶ λήψιν: *Liberalitas est mediocritas inter Prodigalitatem & Avaritiam, circa pecuniarum parvarum seu mediocrium dationem & acceptionem.*

XL.

Quia verò definitiones modò allatae, ratione OBIE-

ETI tantum seu *MATERIÆ CIRCA QUAM*, & ra-
 tione *FORMÆ* Liberalitatem determinant: Aristote-
 les autem in eadem definiendâ, *SUBIECTI* quoq; seu
MATERIÆ IN QUÀ, ut & *CAUSÆ EFFICIENTIS*
 ac *FINIS* mentionem facit: idcirco & illas quoq; defi-
 nitiones adducemus. Et licet Efficiens causa ac Finis
 essentiam Liberalitatis non constituent: ad ejus tamen
 pertinent productionem: & faciunt, ut eò melius co-
 gnoscatur. Nam, ut *lib. 4. Meteoror. c. 12. t. 54. Idem monet:*
 tum demum scimus quid quidque sit, si Materiam ac
 Formam ejus comprehensam habeamus: & id undè
 motus principium proficiscitur, hoc est causam Effici-
 entem: & ut tam in loco modo citato, quam *lib. 3. Eth. c. 7.*
& lib. 1. Polit. c. 2. & lib. 2. de Animo c. 4. t. 49. tradit: Fine
 unumquodque definitur.

XL I.

Ratione itaq; *SUBIECTI* seu *MATERIÆ IN QUÀ*,
 ut & ratione *OBIECTI* atque *CAUSÆ EFFICIEN-*
TIS, definit Aristoteles Liberalitatem in *libel. de Virtut.*
 hoc modo: ἡ ἐλευθεριότης ἐστὶν ἀρετὴ ψυχῆς διὰ πάλαι εἰς τὰ καλὰ: *Li-*
beralitas est Virtus anima, quæ sumptus facit in res honestas.
 Sumptus enim Liberalitati ratione objecti convenire,
 ex *lib. 4. Eth. c. 1. constat:* ubi Philosophus dicit, τὴν διαπίνω
 αἰς τὴν δόσιν ἡμετέρου: sumptum dationem dicimus: quamvis τὸ
 μέγεθος magnitudo ejus, Magnificentiae sit propria: ut ex
c. 2. ejusdem libri patet.

XL II.

Ratione *OBIECTI* verò & *FINIS* definit eandem
lib. 1. Rhet. c. 9. quòd sit ἀρετὴ περὶ χρημάτων διποητικὴ: *Virtus quæ*
pecuniis (parvis puta & mediocribus) suppeditandis bene-
facit. Finis enim Liberalitatis est διποιεῖν benè aliis face-
 re: vel, quod idem, τὸ καλῶ εἰσεῖν honestatis causâ aliis quid
 largiri & dare.

XL III. Tam

XLIII.

Tandem ex omnibus causis ita videtur illa definiri posse. Liberalitas est Virtus moralis, animi concupiscibilis, consistens in mediocritate, inter prodigalitatem & avaritiam, in dandis accipiendisq; pecuniis parvis & mediocribus, honestatis causâ. Hæc enim definitio MATERIAM Liberalitatis IN QUÀ, & CIRCA QUAM, FORMAM, CAUSAM EFFICIENTEM, ut & FINEM, in sese continet.

XLIIII.

Cùm autem præcipua bonæ definitionis nota sit τὴν εὐφροσύνης perspicuitas: teste Philosopho lib. 1. Top. c. 2. l. 1. & lib. 6. c. 1. & c. 3. l. 13. & c. 5. l. 65. et alibi: ut Liberalitatis natura & essentia magis innotescat, & definitiones modò allatæ ab omni obscuritate vindicentur: de EXTREMIS ejus agemus: præsertim cùm contraria juxta se posita magis elucescere dicantur: ut ex lib. 3. Rhet. c. 2. apparet.

XLV.

Sunt autem Liberalitatis EXTREMA DUO; quemadmodum thes. 38. 39. & 43. ostendunt: Unum, ἡ ἀσωτία PRODIGALITAS: Alterum, ἡ ἀνολουθεσία ILLIBERALITAS seu AVARITIA: quorum illud ἐν τῇ ὑπερβολῇ in EXCESSU; hoc verò ἐν τῇ ἐλλείψει in DEFECTU eidem opponitur: ut traditur lib. 2. Eth. c. 7. & lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 24. & 25. & lib. 2. Eudem. c. 3. & lib. 3. c. 4.

XLVI.

Ἀσωτίαν PRODIGALITATEM itaq; quod attinet, de qua Primo agere loco constituimus: cùm ἀσώτος PRODIGUS διττῶς dupliciter accipiatur: vel οἰκείως PROPRIE, quatenus uni Prodigalitatis vitio est implicatus: vel οὐκ οἰκείως NON PROPRIE prout aliis quoq; vitiis à Prodigalitate diversis est deditus: quemadmodum Arist. lib. 4. Eth.

e. i. docet: ipsa quoq; ἀσωτία *PRODIGALITAS* duplex
erit: alia *PROPRIE* dicta: alia *IMPROPRIE* & com-
muniter sumpta. Conjugatorum enim eadem est ratio:
ita, ut si unum multis dicatur modis; & alterum quoque
tot modis accipiatur: quemadmodum videre licet ex lib. 2.
Top. c. 13.

XLVII.

PROPRIE dicta ergo ἀσωτία *Prodigalitas*, ratione no-
minis Primò definitur, τῆς οὐσίας φθορὰ καὶ ἀπώλειά τις αὐτοῦ: *sui cuiusq; perditio & interitus quidam, ac facultatum profusio.*
Ex his enim vita sustentatur. *Prodigus* verò propriè di-
ctus dicitur, ὁ φθείρων τὴν οὐσίαν καὶ ἐδὲ αὐτὸν ἀπολλύμενος: *qui pecu-
nias profundit, & prodit à suâ ipsius salute perit: ut constat
ex lib. 4. Eth. c. 1.*

XLVIII.

Deinde, ratione *REI* definitur ἀσωτία *Prodigalitas*
propriè dicta, κακία ἢ τῷ μὲν δίδουσι ὑπερβάλλει, τῷ δὲ λαμβάνειν ἰλλείπει:
*vitium quod dando quidem exuperat, accipiendo verò defi-
cit: lib. 4. Eth. c. 1.* Ἀσωτὸς *Prodigus* autem propriè sum-
ptus definitur lib. 2. *Eth. c. 7.* ὁ ἐν μὲν προίσει ὑπερβάλλων, ἐν δὲ λήψει
ἰλλείπων: *qui largiendo quidem modum transit, accipiendo au-
tem ab eodem abest. Et lib. 1. M. M. c. 24.* ὁ ἀναλίσκων εἰς ἅ μὴ δεῖ,
καὶ πλείω ὢν δεῖ, καὶ ὅτε μὴ δεῖ: *qui, in quibus non congruit, & plus
quàm par est, ac cum minimè opus est, expendit. Et lib. 3. Eud.
c. 4.* ὁ πάση μὲν κλήσει χαίρων, ἀποβολῇ δὲ πάσῃ λυπέμενος ἢ τιον ἢ δεῖ: *qui o-
mni quidem acquisitione gaudet, amissione verò omni dolet,
minùs quàm oportet.*

XLIX.

Neque verò, quia *Prodigalitas* in accipiendo defi-
cere dicitur: idcirco *Liberalitatis* quoque defectus est
dicenda. Debet enim denominatio fieri ab actione
PRIMARIA, quæ est δίδουσι *DARE*: non *SECUNDA-
RIA*, quæ est λαμβάνειν *ACCIPERE*. Nam *thesi deci-
mâ nonâ*

mānonā dictum fuit, quod Liberalitas magis *ἐν τῇ δόσει* in datione, quàm *ἐν τῇ λήψει* in acceptione conspiciatur. Quam ob causam etiam Illiberalitas seu Avaritia ratione *δόσεως* dationis tantum in DEFECTU Liberalitati dicitur opponi: cum ratione *λήψεως* acceptionis, *ut ex seqq. patebit*, eam excedat.

L.

Ut autem Prodigalitatis natura plenius cognoscatur; & *Quantitas* & *Qualitas* illius est consideranda. Nam accidentia rei alicujus multum ad cognoscendum *τὸ τί ἐστίν* ejusdem conducunt: *ut lib. I. de Animo c. I. t. II. Philosophus tradit.*

LI.

Ratione QUANTITATIS itaq;, dicit Aristoteles de Prodigalitate *lib. 4. Eth. c. I.* quod non diu duret atq; consistat. Idq; propterea: quia privatos (quorum illa maximè propria est) facultates citò deficiunt, si donant, & quidem indifferenter, ac nusquam accipiunt. Quam ob causam etiam Tyranni seu Reges, Prodigii propriè non dicuntur: siquidem non videntur facilè *τὸ πλεόν τῆς κτήσεως ταῖς δόσεσι καὶ ταῖς δαπάναις ὑπερβάλλειν*: multitudinem rerum quas possident, dationibus & impensis excedere: *ut Idem ibidem tradit.*

LII.

Ratione QUALITATIS autem, docet *in eodem capite*: quod Prodigalitas minus malum sit quàm Avaritia seu Illiberalitas: & propterea hac ipsa *βελτίων* melior & quidem *ἑμιχρῆ* non paulò, sed *πολὺ βελτίων* multò melior. Idq; *tribus* de causis: quarum *Prima* ab interitu ejusdem est petita. Est enim *ἐνίαυτ* & facilè curari potest: siquidem Prodigii partim aetate corriguntur; partim egestate & inopiâ. *Aetate* quidem: quia quando vident, quem

usum præbeat nummus, parcius eum tractare incipiunt: quemadmodum hoc confirmant adolescentes; quorum maximè est proprium vitium Prodigalitas: *ut Aristoteles testatur lib. 2. Rhet. c. 12.* Hi enim admodum sunt proni ac proclives ad dandum, & quidem quibusvis: crescentibus autem annis de istâ facilitate dandi non parùm remittunt: imò quò propiores sunt ætati senili, eò magis de nummorum & acquisitione & conservatione sunt solliciti. *Egestate* verò & inopiâ: quia consumptis bonis suis, finem dandi facere, & à Prodigalitate desistere coguntur.

LIII.

Altera ex similitudine pendet, quam cum Liberalitate habet Prodigalitas. Habet enim nonnulla cum eâ communia, ratione **O B I E C T I & A C T I O N U M.** Δίδωσι γὰρ καὶ ἔλαμβάνει: Dat enim, & non accipit: licet ratione **F O R M Æ** neutrum faciat ὡς δὲ ἰδ' εἶ, ut oportet, neque benè. Quòd si autem assuescat, aut alio quodam modo se mutet, ad medium facilè pervenire potest.

LIV.

Tertia, ab effectu ejus est sumpta. Prodest enim illa aliis, eoq; etiam nomine laudatur: Quam ob causam eâ præditus, non videtur moribus esse depravatus. Nam μοχθηρὸν καὶ ἀγεννοῦς pravi & degeneris non est, exuperare dando & non accipiendo; sed ἡλιθίον stulti potiùs ac simplicis.

LV.

I M P R O P R I E autem dicta & communiter sumpta Prodigalitas, est, quæ, ut cum vitiis aliis, ita in primis cum Intemperantiâ & Avaritiâ confunditur: *quemadmodum apparet ex lib. 4. Eth. c. 1.*

LVI.

Nam, cum eâ præditi non vivant πρὸς τὸ καλὸν ad honestatem;

statem; πρὸς τὰς ἡδονὰς ad voluptates, & quidem turpes, de-
clinant: ac pecunias propter eas profundunt: itaque
sunt εἰς ἀκολασίαν δαπανηροὶ ad intemperantiam sumptuosi.
Imò, cùm facultates sæpenumerò subito eos deficient,
ut profundere amplius nequeant; ὀλιγόρως καὶ πάντοθεν λαμβάνουσι,
sine discrimine atque delectu, & undique acci-
piunt: atque hoc ipso sunt Illiberales seu Avari: *ut con-
stat quoq; ex lib. 4. Eth. c. 1.* Quam ob causam etiam dicun-
tur φανότατοι improbissimi: siquidem multis simul sunt
& variis contaminati vitiis: *ut ibidem traditur.*

LVII.

Ac licet aliis quoq; dent: tamen *Primò* ratione *FOR-
MÆ* non curant πῶς ἢ πότεν quomodò aut undè dandum
sit. *Deindè*, ratione *FINIS* dationes eorum non sunt
liberales: siquidem non sunt καλὰ honesta, nec τὰτε αὐτῆ
ἕνεκα hujus ipsius causâ, nec ὡς δεῖ, ut oportet, fiunt. Non-
nunquam enim indignos, & quos inopes esse ac mane-
re oportuit, cùm bona rectè tractare nequeant, locu-
pletant: cujusmodi sunt assentatores, aut alterius ali-
cujus voluptatis administri: moribus autem modera-
tos, hoc est, viros bonos & honestos, sine muneribus re-
linquunt: *ut lib. 4. Eth. c. 1. docetur.*

LVIII.

Traducuntur autem in hæc extrema, si ἀπαυδαζώγητοι ex-
titerint, & rectore caruerint: quòd si verò ἐπιμέλειαν cura-
tionem admiserint, εἰς τὸ μέσον καὶ τὸ δεόν ad medium & de-
corum pervenire quoque possunt: *ut ibidem habetur.* Et
hæc de ἀσωτία *PRODIGALITATE.*

LIX.

Ἀνελευθερία ἢ ἀνελευθεριότης *ILLIBERALITAS* autē seu
AVARITIA, de qua *Secundo* nobis agendum loco,
duplex, maximè est; *Alia* ὀλόκληρη *PERFECTA* & *IN-*

INTEGRA: *Alia μὴ ὀλόκληρη* & NON INTEGRA & IMPER-
FECTA: *teste Philosopho lib. 4. Eth. c. 1.*

L X.

ὀλόκληρη & PERFECTA & INTEGRA, quæ non in
omnes cadit, in duobus versatur: ἐν τῇ ἐκείψει τῆς δόσεως in
defectu dationis: & ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῆς λήψεως in excessu ac-
ceptionis: *quemadmodum Idem lib. 4. Ethic. c. 1. indicat.*
Potest autem ea definiri *ἡκιστα ἢ ἐν τῷ μὲν δίδοναι ἐκείπει, ὑπερβάλλει*
δὲ ἐν τῷ λαμβάνειν: vitium, q̄ in dando quidē deficit, in accipien-
do autē excedit. Unde etiam hac præditus definitur *lib. 2.*
Eth. c. 7. ὁ ἐκείπων ἐν αἰεσίσει, ὑπερβάλλων δὲ ἐν λήψει: qui in dando par-
cus est, in accipiendo verò nimius: Libro 3. verò Eudem. c. 4.
ὁ κήσει μὲν πάση χαίρων, ἀποβολῇ δὲ πάση λυπέμενος μᾶλλον ἢ δεῖ: qui omni
quidem acquisitione gaudet, omni verò amissione dolet, ma-
gis quàm oportet.

L X I.

Μὴ ὀλόκληρη & NON INTEGRA seu IMPERFECTA,
iterum duplex est: propter actiones Perfectæ sive Inte-
græ Avaritiæ, quæ in ea sunt divulsa. *Vel enim ἐκείπει μόνον*
ἐν τῇ δόσει, Deficit tantum in DANDO: Vel μόνον ὑπερβάλλει ἐν
τῇ λήψει, Tantum excedit in ACCIPIENDO: ut lib. 4.
Eth. c. 1. ostenditur.

L X I I.

Ea quæ in DANDO solum deficit. definitur ab Aristo-
tele ratione Concreti. Nam eâ laborās dicitur *li. 1. M. M.*
c. 24. ὁ μὴ ἀναλίσκων εἰς ὃ δεῖ, καὶ ἔστω δεῖ, καὶ ὅτι δεῖ: qui non impendit,
in qua decet, & quantum decet, & quando decet.

L X I I I.

Est autem talis *duabus* de causis vitiosus: *PRIMO,*
quia vel omninò nō dat, vel certè minutatim & indig-
nanter dat: *ut lib. 4. Eth. c. 1. videre licet.* Unde etiam
VARIIS exprimitur ab Aristotele nominibus, quæ di-
versas

versas quasi species ejusdem constituere videntur: *ut ex loco modò citato & lib. 3. Eud. c. 4. & libello de Virtutib. apparet.*

LXIV.

Dicitur enim *Primò* φειδωλὸς **P A R C U S**: *lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 3. Eud. c. 4.* quia non erogat quicquam, ne quidem in re honestâ: Unde φειδωλία **P A R C I T A S**: quæ in *libello de Virtutib.* definitur κακία, καὶ ἢν ἐσθλάπαινοι γίνονται τῶν χρημάτων, εἰς τὸ εὖ: *vitium per quod sumptui homines parcunt & impense in re honestâ.*

LXV.

Deinde γλίχερ **T E N A X** & quasi viscosus: *lib. 4. Eth. c. 1.* quia manibus ejus veluti glutino aut visco pecunia adhaere scit.

LXVI.

Τὸ μ κίμβιξ **R E S T R I C T U S** ac sordidus: *lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 25. & lib. 3. Eud. c. 4.* quasi σφόδρα περὶ μικρὰ διατεινόμενος; qui vehementer in exiguis obnititur: *ut lib. 3. Eudem. c. 4. videre licet.* Unde κίμβία, **P A R S I M O N I A R E S T R I C T A**: quæ in *libello de Virtutib.* definitur; κακία, καὶ ἢν δευπαύσει μὲν, καὶ τὸ μικρὸν εὖ, καὶ κακῶς, καὶ πλεονεξία, τῶν μὴ κατὰ καιρὸν ποιεῖσθαι τὸ διαφόρον: *Vitium, per quod expendunt quidem homines, minutatim autem, & malè, & qua plus nocent, dum non in tempore sumptus faciunt.*

LXVII.

Quartò μικρολόγος **P A R V I L E G U S**, ut ita dicamus: *lib. 1. M. M. c. 25.* quoniam minimas impensas magnificat, & rem parvam in pretio habet magnâ; æstimat.

LXVIII.

S E C U N D O vitiosus quoque est, quia non accipit quicquam ab aliis, licet ei etiam offeratur: non quoque accipere vult, imò ne appetit quidem res alienas: id quæ *duabus de causis: ut ex lib. 4. Eth. c. 1. patet.*

L X I X.

Primò ἀπὸ πρὸς ἐπιπέκειαν καὶ δολάσειαν τῶν αἰσθητῶν: probitatis cu-
jusdam seu æquitatis, & à turpibus abstinentiæ causâ. Prætenditenim ad excusandam Avaritiam suam, quòd
Primò sibi ab accipiendo caveat, ne assuescat accipere
undè non debet, & quando non decet: ne vè muneribus aliquando, ab aliis sibi oblatis, corrumpatur: ac pro-
pterea à dedecus aliquod admittere, & turpe quid in eo-
rum facere gratiam cogatur. *Deindè* quoque abstineat
à donando. & opes suas conservet, ne ad inopiam reda-
ctus, in honestè ab aliis quid petere necesse habeat. *AP-
PELLATUR* autem talis ab Aristotele *lib. 4. Eth. c. 1. &
lib. 1. M. M. c. 25. κυμνοπείσης* cumini sector: propterea quòd
in re minimâ, qualis etiam est granum cumini, cum al-
tero partiendâ, ne minus justo accipiat, aut plus ei det
quàm dare tenetur, sectionem adhibet.

L X X.

Deindè ἀπὸ φόβου propter metum. Timet enim, ne, si
sciatur quòd multa ab aliis per vim aut dolum accipiat,
res & bona quæ habet, à potentioribus & Tyrannis sibi
auferantur. Οὐ γὰρ ῥαδίον τὸ αὐτὸν μὴ τὰ ἑτέρων λαμβάνειν, τὰ δὲ αὐτῶν ἐπι-
ρῆς μὴ: non facilè est aliquem res aliorum accipere, ipsius
autem res alios minimè: *ut lib. 4. Eth. c. 1. habetur.*

L X X I.

QUÆ IN ACCIPIENDO TANTUM Illiberali-
tas seu Avaritia EXUPERAT, ea definitur ab Aristo-
tele *in libel. de Virtut.* κακία τῆς ψυχῆς καὶ ἢν ἐρέθονται τῷ παντεχόθῃ
κέρει *Vitium anima, per quod appetunt homines undecunq̄
lucrū.* Et talis in specie αἰσθητικῆς *TURPIS QUÆSTUS*
ibidem ab Eodem dicitur. Per eam enim homines undi-
quaque ditescere quærunt: & lucrum pluris quàm pu-
dorem faciunt. Undè etiam *lib. 4. Eth. c. 1.* Idem docet,
quòd eâ laborantes πάντοθεν καὶ πᾶν undique & quidvis ac-
cipiant,

cipiant, & probra sustineant ^{τῆς αἰχρῶσεως ἕνεκα} turpis
quæstus & pusilli lucri causâ.

LXXII.

Licet autem Hi *varii* rursus sint ac multiplices, pro-
pter varietatem modi agendi: interim tamen ad *duo*
quasi genera reduci possunt: cum quæstum faciunt per
CONTRACTUM, vel VOLUNTARIUM, vel INVIT-
TUM: ut ex loco modò citato colligere licet.

LXXIII.

Pertinent autem ad *CONTRACTUM VOLUNTA-*
RIVM, secundum Aristotelem *in loco allegato*, Primò ii
qui ἀνελεύθερος ἐργασίας ἐργάζονται, illiberalibus & servilibus
studiis operantur; ac quæstum faciunt, intercedente
arte aliquâ sordidâ: cujusmodi sunt bajuli, carnifices,
pollinctores, vespillones, & alii. *Deinde* ii, qui opera ex-
ercent impudica & improba: ut ^{πορνοβασκοὶ} lenones, me-
retrices, proditores, & similes. *Tum* ii, qui re aliquâ
quæstum faciunt: & *aut* sorte parvâ: ut ^{τοκισαὶ} foenera-
tores, qui magnum lucrum & usuram capiunt: *aut*
frustis & pomis, quemadmodum Horatius loquitur: ut
adulatores & hæredipetæ: *aut* denique ^{πρὸ μικρὰ ἐπὶ πολλῶν}
res parvas magnâ mercede magnoq; pretio vendunt:
& parva dant, ut magna accipiant: vel parvis donis al-
lecti magnam committunt turpitudinem.

LXXIV.

Tyrannos verò quòd attinet, qui magna, ^{μη ὅθεν δεῖ} non
undè oportet, nec ^{ἀδίκῃ} quæ oportet, accipiunt: & urbes
populantur: diripiunt fana: exactionesq; imponunt
subditis durissimas: dicit Aristoteles *lib. 4. Eth. c. 1.* quòd
propriè ^{αἰχρῶσεως καὶ ἀνελεύθεροι} turpis lucri cupidi, & Illi-
berales seu Avari, non vocentur: sed potius ^{πονηροὶ} sce-
lerati, ^{ἀσεβῆς} impii, & ^{ἄδικοι} injusti.

Ad

LXXV.

Ad CONTRACTUM autem INVITUM, & in specie quidem eum, qui CLANDESTINUS dicitur, referuntur κρυβόται aleatores, & λαποδύται spoliatores, fures, & similes: qui κέρδιος ἕνεκα lucri causâ maxima pericula adeunt. Ad eum autem, VIOLENTUS qui vocatur, pertinent λησάι latrones, & alii, qui vitæ suæ nō parcunt, modò lucrum facere queant.

LXXVI.

Et hæc de FORMA atq; SPECIEBUS Avaritiæ. Ad ACCIDENTIA autem eius quod attinet: constat Primò ratione QUANTITATIS, quòd diu illa duret atq; consistat. Crescit enim amor nummi, ut *Juvenalis satyrâ 14. scribit*, quantum ipsa pecunia crescit: adeò ut quemadmodùm prodigi locus fundo destituitur: ita avari operculo, seu ligulâ qua contrahatur, careat. Semper enim Avarus eget, semper mendicat Avarus, ut *Poëta loquitur*.

LXXVII.

Secundò, ratione QUALITATIS tradit Aristoteles *lib. 4. Eth. c. 1.* quòd Illiberalitas seu Avaritia μείζον κακόν majus malum sit Prodigalitate: cùm sit ἀνίατον & difficulter admodùm curari possit.

LXXVIII.

Hæc autem ita sese habere, *tribus* ibidem rationibus probat: quarum *Prima* est, quòd Illiberalitas seu Avaritia sit vitium senectutis. τὸ γῆρας senectus enim facit Illiberales seu Avaros: *Partim* quia est ἀδυναμία impotentia quædam: omnis autem ἀδυναμία impotentia homines reddit Illiberales seu Avaros: cùm ex eâ egestas oriatur, quam homines à se removere conantur: & propterea contra eam pecuniis sese muniunt; ita, ut
quod

quod corporis robore præstare nequeunt, id animi vi-
ribus præstent. *Partim*, quia senes ea tantum cupiunt,
quæ ad vitam sunt necessaria: inter quæ in primis pe-
cuniæ numerantur: *ut lib. 2. Rhet. c. 13. videre licet.* Est
autem maximè difficile ea curare, quæ senectuti com-
petunt: cum, *Diogenis ex sententiâ*, Senem aliter institue-
re velle, idem ferè videatur ac mortuum curare.

LXXIX.

Alter est, quòd Illiberalitas seu Avaritia à Naturâ
quasi hominibus sit insita: cum homines maximè eâ
peccent; & sint *μᾶλλον φιλοχρηματοὶ ἢ δότικοι*: magis pecunia-
rum quàm donandi studiosi: malint, *ut lib. 8. Eth. c. 14. &*
lib. 9. c. 7. Philosophus habet, ἀπάγει ἢ ἀποιεῖν, beneficio affi-
ci quàm afficere. Quæ autem *τῇ φύσει* naturâ quasi tribu-
untur, ea difficile admodum est mutare: maximè, si in
habitum proruperint: *ut patet ex lib. 2. Eth. c. 1. & 3.*

LXXX.

Tertia est, quòd vitium Illa sit *ἰπιπλὸν διατειρόμενον καὶ πολυ-*
αῖδης, latè protendatur, ac multas habeat species: *ut ex*
th. 59. & seqq. perspicitur: constet autem, quòd difficul-
ter curetur illud, quod longè latèq; se extendit.

LXXXI.

Et hæc de *FORMA* quoq; Liberalitatis sint dicta: se-
quitur, ut *CAUSAM* ejus *EFFICIENTEM* conside-
remus.

LXXXII.

Est autem hæc rursus *duplex*: *Alia PRIOR & UNI-*
VERSALIS: POSTERIOR Alia & PARTICULA-
RIS: ut ex lib. 2. Phys. c. 3. t. 32. & lib. 8. Metaphys. c. 2. t. 3.
videre licet.

LXXXIII.

PRIOR & UNIVERSALIS Liberalitatis *EFFI-*
D

EFFICIENS causa, quemadmodum & reliquarum Virtu-
tum, est DEUS OPT. MAX. Nam cum Beatitudo sit
θεοπιπιλ and θεοδοτ, divinitus missa & data; *ut lib. 1. Eth.*
c. 9. Philosophus tradit: dicatur autem actio secundum
Virtutem: *quemadmodum c. 7. 8. 9. 10. 13. ejusdem libri do-*
cet: Virtutum verò non minima sit Liberalitas: *ut ex*
hactenus allatis est manifestum: divinitus quoque illam
mitti & dari necesse est.

LXXXIV.

Cum hac autem Universali causâ, *Aristotelis ex sen-*
tentiâ lib. 1. de Cælo c. 4. t. 32. NATURAM quoque con-
jungere possumus: quæ δυνάμει καὶ ἐπιτηδεότητι, habilitatem
& aptitudinem, ut ad Virtutes reliquas, ita Liberalita-
tem quoque tribuit: *quemadmodum ex lib. 2. Ethic. c. 1.*
& lib. 6. Eth. c. 13. patet.

LXXXV.

POSTERIOR VERÒ & PARTICULARIS ejus-
dem Efficiens causa, duplex iterum est: REMOTA ALIA,
& ALIA PROXIMA: *ut colligere licet ex lib. 2. Phys. c. 3. t. 33.*
& lib. 8. Metaphys. c. 2. t. 3.

LXXXVI.

REMOTA itaque Liberalitatis causa Efficiens Particu-
laris est COGNITIO PRÆCEPTORUM, quæ ei sunt
observanda, Liberalitatis sibi acquirere habitum qui
cupit. Sunt autem præcepta hæc multiplicia ac refe-
runtur partim ad δειν DATIONEM: partim ad λαβειν
ACCEPTIIONEM: *ut constat ex lib. 4. Ethic. c. 1. & lib. 1.*
M. M. c. 24. & 25. & lib. 2. Eud. c. 4.

LXXXVII.

Quoad δειν DATIONEM itaque Primò, tria debet
observare: quorum Primum ad Finem pertinet. Nam
si quis Liberalis fieri cupit, τὴν καλὴν εἰσφορὴν Honestatis causâ
dare:

dare aliis debet: *ut ex lib. 4. Ethic. c. 1. patet.*

LXXXVIII.

Alterum pertinet ad *Formam* & modum dandi. Debet enim dare *εὐθὺς* rectè: & diligenter ea considerare, quæ *πρὸς τὴν εὐθὺν δόσιν* ad rectam dationem requiruntur: *quemadmodum Aristoteles monet lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 25.*

LXXXIX.

Requiruntur autem ad hanc *CIRCUMSTANTIÆ*: maximè verò circumstantia *PERSONÆ*, *QUANTITATIS*, *QUALITATIS*, *TEMPORIS*, & *LOCI*: *ut Idem lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 24. haud obscurè indicat.*

XC.

PERSONAM ergò *PRIMO* quod attinet, curandum ei est, ne det *τοῖς τυχοῦσι*, quibusvis: sed iis tantùm, *οἷς δὲ* quibus oportet: hoc est, qui beneficiis sunt digni: *ut lib. 4. Eth. c. 1. docet.* Nam, *ut Alexander Magnus dicere solitus fuit*, ejusdem est vitii, nihil prorsus dare, & dare indignis.

XCI.

Digni autem *Primò* sunt beneficiis ejus, qui sanguine aut necessitudine aliquâ ei sunt conjuncti: quales sunt parentes, liberi, fratres, cognati, domestici: in primis autem parentes. His enim omnes tenemur ex lege Naturæ præbere *τροφὴν* alimentum, & *τιμὴν* honorem, qui iis convenit: *ut lib. 9. Eth. c. 2. Philosophus tradit.* Idq; propterea, quia causa sunt *τῷ εἶναι*, ut simus: *quemadmodum lib. 8. cap. 11. & 12. & lib. 9. c. 2. & lib. 1. M. M. c. 12. & lib. 7. Eud. c. 8. docet.*

XCII.

Deinde ii, qui benè de eo sunt meriti: quales maximè sunt qui Philosophiam, aliasq; artes & scientias ei com-

municant: *ut lib. 9. Eth. c. 1. Idem monet.* His enim, non
minùs ac parentibus, ut & ipsi DEO, maxima quæq; de-
bet. *Οὐ γὰρ πρὸς χρήματα ἡ ἀξία μετρεῖται: καὶ μὴ ἰσὺρροπῶν ἔχεται.*
Non enim ex pecuniis dignitas æstimatur: nec æstima-
tio æquilibris fieri potest. Interim tamen debet τὸ ἐνὸς-
κόρητον, id quod fieri potest: *ut ibidem indicat.*

XCIII.

Tum alii viri boni & Virtute aliquâ præditi. Virtus
enim mercede ac præmio digna est: *ut lib. 9. quoq; Eth.
c. 1. ostendit.* Imò, cum non cum perfectis vivat homi-
nibus, neminem negligere debet, in quo Virtutis ali-
qua significatio apparet: *ut Cicero monet lib. 1. Offic. f. 10.*

XCIV.

Quartò, ii, qui vinculo politicæ societatis aut aliâ a-
liquâ amicitia ei sunt juncti: *ut patet rursus ex lib. 9.
Eth. c. 1.*

XCV.

Postremò, ii quoq; qui ejus egent ope: ut hospites in-
digentes, tam ignoti, quam noti; & alii, in adversâ qui
sunt constituti fortunâ: *ut in libel. de Virtutib. Aristote-
les docet: modò præter culpam egestate premantur: ut
Platoni placet in Phædro f. 195. & 197.*

XCVI.

SECUNDO, in QUANTITATE videndum ei est,
ut tantum det, quantum oportet: & respiciat Primò τὴν
τῆν ἰστίαν ad facultates suas, ne plus det quam illæ permit-
tant: *ut Philosophus docet lib. 4. Eth. c. 1. hoc est: det, quem-
admodum Idem se explicat lib. 3. Eud. cap. 4. τὴν περισσίαν ex
abundanti copiâ: & cogitet, Liberalitatem non tam
consistere ἐν τῇ περισσίᾳ, in multitudine rerum quæ
donantur: quam ἐν τῇ τοῦ δίδοντος ἔξει, in habitu & volunta-
te donantis: præsertim cum Liberalior esse possit, hanc
si spe-*

si spectemus, qui minora dat, de minoribus; quam qui
majora, de majoribus: *ut ex lib. 4. Eth. c. 1. apparet. De-*
inde, ad accipientis conditionem: ut det ei, si possit, pro
necessitate: ut ibidem traditur.

XCVII.

TER TIO, in QUANTITATE animadvertendum
ei est, ut det talia, quæ accipienti prodesse, non nocere
possint: ac propterea det ei meliora; reservet autem si-
bi *πεῖλάττω* deteriora: maximè cum non *ἰφ' ἑαυτὸν ἐπιβλέπει*
se ipsum respicere, sed *δοτικὸς* esse, & *εὐφρόδω* *ὑπερβάλλειν* *ἐν τῇ*
δύσει valdè donando excellere, atque *εἰς τὴν χεῖρα δὲ δωμάτων*
in pecunias perfacilis esse in communiōe vitæ debe-
at: *ut Aristoteles monet lib. 4. Eth. c. 1.*

XCVIII.

QUARTO, quoad TEMPUS, cavendum ei est, ne
beneficium procrastinet: sed, ut magis prodesse possit,
tèmpestivè det, & *ὅτε δεῖ* quando oportet: *ut Aristoteles*
loquitur lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 24. cum, *ut Seneca*
placet, bis det, citò qui dat.

XCIX.

POSTREMO, LOCI quoque eidem habenda ra-
tio est: ut det *ἐκεῖ* ubi honestum: *monente Philosopho*
lib. 4. Eth. c. 1. Nam si honoris gratiâ beneficium alteri
est conferendum, palàm & in conspectu aliorum hoc
ei dare debet: si verò ejusdem est egestati & inopiæ
subveniendum, clàm ei benefacere debet: ne videa-
tur beneficium suum ostentare velle: atq; ita eum per
hoc pudefacere. Imò fallere interdum eum debet,
quem juvare cupit: *quemadmodum Seneca precipit lib. 2.*
de Beneficiâ; ut habeat, nec sciat à quo acceperit.

Tertium, ad Efficientem pertinet causam, ejusq; Quali-

tatem. Debet enim dare *ἡδέως καὶ ἀλύπως* libenter & cum voluptate: *ut dicitur lib. 4. Eth. c. 1.* Nam quod Virtutis est, jucundum esse oportet, aut certè non grave, nec molestiam aliquam adferre: *quemadmodum lib. 1. Eth. c. 8. & lib. 4. Ethic. c. 1. docetur:* maximè si Finis habeatur ratio: *ut lib. 3. Eth. c. 9. affirmatur.* Undè etiam virtutis Aristoteles dicit esse, lætari quibus de rebus oportet: *lib. 2. Eth. c. 3. & lib. 4. c. 1. & lib. 2. Eudem. c. 4. & alibi.* Quod si autem *παρὰ τὸ δέον καὶ τὸ ἡλίως ἔχον* præter id quod decet & honestum est, ex errore, & quòd deceptus fuerit, quid expenderit, dolere debet: attamen *μετρίως καὶ ὡς δὲ* moderatè & ut oportet: *ut Idem lib. 4. Eth. c. 1. indicat.* Quin, comparatè loquēdo, potius dolere debet, si quid, quod oportuit, non expenderit: quàm si expenderit quod non oportuit: maximè cùm pecunias non per se, sed donandi tantùm causâ, honori habeat: nec Simoni dem probet; qui sua potius retinere, & inimicis relinquere, quàm alios vivus experiri amicos voluit: *ut in loco quoque modo citato monet.*

C I.

Secundò, quoad *λήψιν* ACCEPTIIONEM, quatuor ei sunt notanda præcepta. *Primò* enim nō debet accipere *ἄνω ἢ δὲ* undè non oportet, nec *ἄνω ἢ δὲ*, quæ non oportet. Nam qui accipit undè non oportet, & quæ non oportet is pecunias per & propter se honori habet: quod de Liberali affirmari nequit: *ut ex precedente Thesi constat.*

C II.

Deindè, non debet esse *αἰτητικὸς* proclivis ad petendum; nec etiam *ληπτικὸς* propensus ad accipiendum: cùm ejus non sit *ἀεργιστῆρας* beneficia faciliè accipere, sed potius *ἀεργιστῆρας* benefacere: *ut lib. 4. Eth. c. 1. traditur:* & quidem sine spe retributionis; *quemadmodum ex lib. 8. c. 13. patet.*
Quod

Quòd si autem beneficium acceperit, plus retribuere,
& majore mensurâ illud reddere debet: *ex Hesiodi sen-
tentiâ lib. 1. oper. & dier. & Aristotelis lib. 4. Eth. c. 3.*

CIII.

Tùm, accipere debet *ἴδιον καὶ κτήματα* unde oportet: veluti *ἀπὸ τῶν
ἴδιων καὶ κτημάτων* de suis rebus ac redditibus, non alienis: &
ἴσα δὲ quæ oportet: non tantùm quia honestum, sed quia
etiam necessarium, ut donare possit: *quemadmodum
Aristoteles monet lib. 4. Eth. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 24. & in
libello de virtutib.* Nam si ita acceperit, & quidem *ἴδιως*
cum jucunditate, tùm acceptionem eius datio quoq;
jucunda subsequetur: utpotè cui illa inservit: *ut Idem
lib. 4. Eth. c. 1. indicat.*

CIV.

Quartò, suarum facultatum non debet esse negli-
gens, verùm laboribus suis opes sibi acquirere, easq;
rationibus honestis augere: ut habeat, undè opitulari
aliis & benefacere possit: *ut Aristoteles lib. 4. Eth. c. 1. pra-
cipit.* Quò magis autem de talibus alijs benefecerit, eò
majorem etiam merebitur laudem: cùm aliàs ut pluri-
mùm Liberaliores ii esse videantur, qui rem sibi labo-
ribus propriis non compararunt, sed ab aliis partam,
vel donatione, vel hæreditate, vel ratione aliâ accepe-
runt: idque propterea quia egestatem nunquam sunt
experti: nec sciunt quàm laboriosum sit opes acquire-
re: *ut ibidem tradit.*

CV.

Hoc tamen negari non potest, quòd locuples facilè
non efficiatur: nec etiam, si jam antè locuples fuerit, ta-
lis quoque maneat. Neque enim pecuniis abundare
potest, qui, quia non est *φυλακτικὸς* ad conservandum pro-
pensus, sed *προσιτικός*, proclivis ad largiendum, non curat
eas

cas ut habeat : *quemadmodum lib. 4. Eth. c. 1. docet.*

CVI.

PROXIMA autem Liberalitatis CAUSA EFFICIENTIS, quæ cum Aristotele *ex lib. 2. Phys. c. 3. t. 38. ἀκρότατον αἴτιον* extrema causa vocari potest, est τὸ ἰθὺς MOS & ASSUEFACTIO: *ut colligere licet ex lib. 2. Eth. c. 1. et lib. 1. M. M. c. 6. & lib. 2. Eudem. c. 2.* sive ACTIONES CREBRÆ. *ut ex lib. 2. Eth. c. 1. & 4. patet.* Non enim satis est, ut sciamus, quid sit Virtus, & quæ in eâ comparandâ sint præcepta observanda : sed requiritur etiam, ut si eam reverâ habere cupiamus, crebrò, & quidem *κατὰ τὸν ἰσθὺν λόγον*, secundum rectam rationem agamus : *ut lib. 2. Eth. c. 2. docet.* Nam scientia & cognitio parùm valet: omne autem momentum in actione crebrâ est situm: *ut testatur c. 4. ejusdem libri.*

CVII.

Restat adhuc FINIS, de quo *postremo* nobis est agendum loco, quia in executione est ultimus: cùm sit τὸ ἔχατον extremum alicujus rei : *quemadmodum constat ex lib. 2. Phys. c. 2. t. 24.*

CVIII.

Est autem duplex rursus: *ut Aristoteles in loco modo citato & lib. 2. de Animo c. 4. t. 35. & lib. 2. de Generat. Animal. c. 6. tradit: Alius ἔ, INTERMEDIUS: & Alius ἔ, ULTIMUS, cui prior inservit.*

CIX.

INTERMEDIUS itaque Liberalitatis FINIS triplex potissimum esse videtur: quorum *Primus* est ἡ γνώσις COGNITIO PRÆCEPTORUM de Liberalitate traditorum. Licet enim Liberalitas sit *πρακτικὴ*, & sub actionem cadat: quia tamen omne *πρακτικὴ* etiam est *θεωρητικὴ* & contemplationi subiectum; *ut ex lib. 3. de Animo c. 7. t. 34. & c. 9. t. 46. colligere licet: Finis quoque ejus ἡ θεωρία ἢ γνώσις*
Contem-

Contemplatio seu cognitio dici potest. In eum enim finem de Liberalitate quoque Aristoteles agit, ut naturam & proprietates ejus cognoscamus: quò non tantum de aliorum factis liberalibus verè judicare; verum etiam ex eâ, datâ occasione, agere possimus.

C X.

Secundus ergo est ἡ πράξις. **A C T I O.** Nam, *ut lib. 10. Eth. c. 9. Philosophus loquitur:* ἐν τοῖς πρακτοῖς τὸ τέλος μᾶλλον ἐστὶ τὸ πραττεῖν αὐτὰ, ἢ τὸ θεωρεῖν αὐτὰ καὶ γινώσκειν: in rebus agendis, finis potius est eas agere, quàm singulas contemplari & cognoscere.

C X I.

Tertius porrò est τὸ καλὸν honestum. Τῷ γὰρ καλῷ ἐνεκεν, honestatis enim causâ Liberalis agere, & aliis quid largiri ac dare solet: siquidem virtutum actiones sunt καλὰ honestæ, & τῷ καλῷ ἐνεκεν honestatis causâ fiunt: *ut lib. 4. Eth. c. 1. & lib. M. M. c. 20. & 22. & lib. 2. c. 9. Aristoteles docet.*

C X I I.

Undè etiam ii, qui ἀπὸ πρᾶξις ἄλλης αἰτίας, ob aliam quandam causam, & *vel* ostentationis *aut* favoris gratiâ; *vel* propter spem retributionis; *aut*, ut ab importunitate petentium liberentur: *vel* ἀπὸ φιλοτιμίας ἐνεκεν, turpis lucri gratiâ, aliis quid dant; non Liberales, sed Prodigii *aut* Avari dicuntur: *vel* alio aliquo simili exprimuntur nomine: *ut ex lib. 4. Eth. c. 1. perspicere licet.*

C I I I.

U L T I M U S deniq; Liberalitatis, ut & reliquarum Virtutum, in hac civili vitâ, Finis est ἡ εὐδαιμονία **B E A T I T U D O:** *quemadmodum ex lib. 1. Eth. c. 7. & 12. apparet.* quæ non ἐν ἕξει καὶ κτήσει, in habitu & possessione nudâ, sed κτήσει καὶ πράξει, usu & actione Virtutis consistit: *ut ex ejusdem libri c. 5. & 8. & lib. 10. c. 6. est manifestum.* Undè etiam

am

am *lib. 1. Eth. c. 7. definitur* ἐνέργεια τῆς ψυχῆς λογικῆς κατ' ἀρετὴν ἀεί-
την καὶ τελειοτάτην ἐν βίῳ τελείῃ: operatio animi rationalis se-
cundum virtutem optimam & perfectissimam, in vitâ
perfectâ. Hæc autem virtus ἀείσι καὶ τελειοτάτη optima & per-
fectissima, Liberalitatem quoq; tanquam speciem sub
se comprehendit.

CXIII.

Atq; hæc de LIBERALITATE, ejusq; CAUSIS
QUATUOR, non saltem τύπῳ καὶ ἐπι κεφαλαίῳ populariter
ac summam, verum etiam ἀκριβῶς accuratè, *ut cum Ari-*
stotele loquamur ex lib. 2. Eth. c. 7. quatenus quidem illius
consideratio patitur, dicta nunc sufficiant.

FINIS.

AD NOBILISSIMUM

&

DOCTISSIMUM Dn. RESPONDENTEM,
JOHANNEM PHILIPPUM ZUCKMANTEL
à BRUMAT, Dominum & Fautorem
meum honorandum.

O fatis prognate bonis & fauste PHILIPPE,
Qui cupis eximium perpetuare genus!
In te spes summi requiescit Patris; & in te
Solamen Mater deliciasq; fovet:
Dum petis optatam cursu contingere metam:
Quam sibi propositam Nobilis ordo tenet
Rara tibi mens est; ideoq; colenda: quòd omne
In studijs tempus continuare soles.
Namq; Sophia tibi penitâ sub mentere sedit;
Præcipuè Morum quæ documenta probat.
Scis, quis sit numero dicendus quòq; Beatus:
Scis, quæis Principiis Actio cuncta fluat.

Scio

Scis Fortes: Modicos Venerisq; Cibiq; ministros:
Scis Benefactores, Magnificosq; viros.
Scis Medio dignus, Summo scis quis sit Honore:
Scis, quis Mansueti nomen habere queat.
Scis Comes, Veros, Urbanis moribus aptos:
Imò scis Juris Justitiæq; decus.
Quid, quòd & id teneas, quod Mens Intelligit & Scit:
Quod Sapit; & Prudens, Arte sequente, facit?
Quòd Medios Habitus, trutinesq; Heroica facta?
Quòdq; Voluptatum formula nota tibi?
Quòd, quid Amicitiam faciat, perceperis omne:
Seu sit Honestorum vita, vel Utilitas:
Sive sit, in rebus quod Delectabile præstat.
(Scilicet his nexus constat Amicitie.)
Deniq; quòd repetas, quæ denis cuncta libellis
Tradidit (ò magnum numen!) ARISTOTELES.
Maecte tuâ virtute: tuo conamine maecte!
Maecte tuis studijs; nomine maecte tuo!
Dicendi specimen placuit; quod nuper inibas:
Cum regeret FLORUS sceptrâ verenda Scholæ
Jam placet illa, tuo quæ surgit pectore, Virtus:
Publ. itus quoniam differuisse paras:
Et quis sit, Dando, ponis, laudabilis usus:
Quisvè sit econtra Percipiendo modus.
Intereâ, dum doctus ades, dum pulcer honore,
Quòd Præceptores tam reverenter habes;
Maxima laus reliquis accedit laudibus: euge!
Ingenuum ingenium nam tibi Jovâ dedit:
VALLISER (ad nomen mihi gaudeo) præsidet ausis:
BITSCHIUS (insigni notus ab arte) juvat.
Infimus ipse quidem sim quamvis inter alumnos,
Quos donis recreat Phæbus Apollo suis:


Hoc

Hoc tamen attestor, discenti alia posthac
Si tibi consimilis (ceu patet) ardor erit:
Nobilium fies, quos tellus Alsata novit,
Gemmula. Jam Patris es gemmula pulcra. Vale.

M. Johannes Paulus Crusius
Argentoratensis.







ETHICA
GENERALI-

E:
thicis desumpta:

NA ADSPI-
E:

lc

DOCTISSIMO
ENTIO THOMA

*ophiae Moralis Professo-
ptore suo obser-
mo:*

NENSIUM Acad

scutiendam proponit

embri

PUS ZUCKMAN-
UMAT.

RATI,

Kieffer, Junior.

15 CVI.

